

Die 9. Decemb. 1530.

Petrus Tomicius Episcopus Vice Cancellarius Bone S. Fortia Regina Polonia

65

Sacra Reginalis Maiestas. Quando huc veni, reperi sacram Regiam Majestatem & bene valentem, et ut referebant, animo letam & hilarem. In crastino vero mei adventus, quando ipse accessi, Majestatem suam, aliquantum turbatam esse cognovi, ex Munio, quod prima luce eius diei a Domino Balatino Claudomiriensi de Wajroda Moldaviae acceperat. Scripsit enim ipse Dominus Balatinus Wajrodã in terras Ruffie irruptionem, fauere instituisse, et de obsidendis oppugnandisque Castris Majestatis sue sibi finitimis cogitare. Quia tamen hac res in id tempus incidit, quando conventus hic agitur, & Majestas sua Consiliorum suorum habet copiam, fore ego confido, quod opportunis dominorum & totius conventus Consiliis tam Majestatis sue, perturbatio, quam terrarum Ruffie metus & periculum cito avertetur; ego vero pro meo officio, quantum in me & viribus meis erit, suadere id et persuadere in medio omnium curabo, quod imprimis Maiestati sue, deventissime commodum, & toti deinde Reipublice utile futurum arbitrabor. Hactenus privatim nihil cum Maiestate sua contuli; sed ut primum illam conveniam mandata Maiestatis

Neutra

Vestra diligentissime exsequar, que fideli corde & animo  
meo tenere & recolo semper, ut Majestatis Vestre Seren-  
issimae voluntati satisfaciam. Consultationes Publicae  
nondum inchoari potuerunt, propter multorum Domini-  
corum & nuntiorum terrestrium absentiam. Domini  
enim maioris Poloniae praeter Dominum Episcopum  
Posnaniensem nulli advennerunt, & nuntii ferme ex omni-  
bus terris deciduerunt. Ad praesens alia non habeo que  
scribam Majestati Vestre solum me & servitutem me-  
am rursus in illius gratiam commendo. quam perpetuo  
sanam salvam & felicem esse una cum Serenissima  
Coniuge sua, & augustissimis liberis vehementer desi-  
dero. Datum Petricoviae 19. Decembris anno Do-  
mini MDLXX.